

Dc 2033

2861





OTIUM NORVICENSE.

OTTO MORAVIANER



OTIUM NORVICENSE

SIVE

TENTAMEN DE RELIQUIIS

AQUILAE, SYMMACHI, THEODOTIONIS

E LINGUA SYRIACA IN GRAECAM CONVERTENDIS

CONSCRIPSIT

FRIDERICUS FIELD A.A.M.

ECCLESIAE NATIVITATIS B. V. M. DE REEPHAM IN AGRO NORFOLC. NUPER RECTOR
COLLEGII SS. TRIN. CANTAB. OLIM SOCIUS.



EXCUDEBANT T. COMBE A.M. E. PICKARD HALL, ET H. LATHAM A.M.

ACADEMIAE TYPOGRAPHI

M DCCC LX IV

ОЧЕДНОГО
СУДОВОГО
ДОКУМЕНТА

274

СИГНАЛЫ ДЛЯ РЕПОЗИТОРИЯ

ДОКУМЕНТЫ ДЛЯ ПОДДЕРЖАНИЯ

СИГНАЛЫ ДЛЯ РЕПОЗИТОРИЯ

СИГНАЛЫ

ДЛЯ РЕПОЗИТОРИЯ

СИГНАЛЫ ДЛЯ РЕПОЗИТОРИЯ

27.



СИГНАЛЫ

ДЛЯ РЕПОЗИТОРИЯ

СИГНАЛЫ

СИГНАЛЫ



M O N I T U M.

M O N I T U M.

OPUS arduum aggressurus, quodque non modo Graecarum literarum scientiam exquisitam, verum etiam Syriaceae linguae haud mediocrem cognitionem postulat—hoc est, ORIGENIS HEXAPLORUM novam et quae nostri saeculi votis satisfaciat editionem—non intempestivum fore putavi, prolusionis gratia, specimen quoddam tam negotii suscipiendi, quam virium facultatumque quas ad rem conficiendam collaturus sim, in publicum proponere. Et in Graeca quidem eruditione quantulum profecerim, qui schedas a me per XXV fere annos prelo commissas evolvere velit, facile pro se quisque aestimare poterit. Quod vero ad Syriacam linguam attinet, res aliter se habet; nam serius ad eam accessi, et quid in ea praestare possim, nullum omnino documentum edidi. Praeterea si mihi opus incepturn ad finem perducere non concessum foret, non plane despero, ea quae in hunc libellum conditurus sum, aliis posthac Hexaplorum editoribus usui fore: ne dicam nobilem hanc linguam ad hunc diem adeo in sordibus jacere, ut qui vel minimam accessionem ad perfectiorem ejus cognitionem contribuerit, excusationes sibi quaerere nullo modo necesse habeat.

De versione Syro-hexaplari, quae Paulo Telae episcopo auctori, virorum doctorum consensu, hodie ascribitur, omnia occupaverunt ii



qui singulas ejus particulas ediderunt, Bugatus, Norbergius, Mideldorpfius, Rördamus: ut non opus sit opusculum meum prolixo exordio instruere. Sufficiat, quid et quantum unusquisque antecessorum meorum ad viam, quam in hoc Tentamine incessurus sum, sternendam et faciliorem reddendam contulerit, breviter describere.

Primi in hac provincia honores CAJETANO BUGATO, S. Romanae Ecclesiae Cardinali, et Collegii Ambrosiani, in cuius bibliotheca servatur pretiosissimus Codex Mediolanensis, unde labor noster totus pendet, Doctori debentur. Continet iste codex libros V. T. canonicos, Jobum, Psalmos, Salomonis scripta, Prophetas tam maiores quam minores, cum apocryphis quibusdam, de quibus nunc non opus est videre. Ex his Danielis vaticinia, versione Latina et commentario instructa, docte ac diligenter edidit Cardinalis noster Mediolani anno MDCCCLXXXVIII. Anno quidem proxime praecedenti, Londini Gothorum prodierat volumen, Jeremiam et Ezechielem continens, a MATTHIA NORBERGIO editum, non ab ipso codice, sed si fides Bugato habenda sit, a mendoso exemplari, quod, teste eodem, Norbergius, dum Mediolani commoraretur, *artificio* quodam sibi exscriperat. Hujus apographi mendorum, quin et ipsius Editoris in eo tractando imperitiae specimen dedit Bugatus, unde luculenter appetet, quanta sit harum literarum jactura, quod non editori Mediolanensi potius quam Suecico, ne dicam honestis potius quam malis artibus, integrum opus publicum facere contigerit*. Verum enimvero, ut nunc res accidit, etsi artificium dannandum, de eventu ejus non graviter conquerendum. Nimirum Bugatus, sive ingenii tarditate, sive aliis negotiis districtus, non

* Opus Norberianum, quantum ad Jeremiae vaticinia attinet, retractavit et in examen revocavit G. L. SPOHN in libro cui titulus: *Jeremias Vates, e versione Judaeorum Alexandrinorum ac reliquorum interpretum Graecorum emendatus, notisque criticis illustratus*. Vol. I. Lips. 1794. Vol. II. Lips. 1824.

ultra Danielis et Psalmorum libros processit, quorum posterior, per annos XXXII in scriniis ejus reconditus, tandem post auctoris obitum anno MDCCCXX lucem videt. Interea exemplar Norbergianum, qualemque esset, ex ipsius descriptoris dono venit in manus viri impigri nec ineruditii HENRICI MIDDLENDORFFII, qui totum illud, exceptis iis quae jamdudum typis descripta essent, edidit et commentariis illustravit Berolini anno MDCCCXXXV. Praeterea, mantissae loco, Librum IV Regum, qui in Codice Ambrosiano non inest, e Codice Regio Parisiensi (cujus notitiam et specimen jampridem dederat P. J. BRUNSIUS in Repertorio Eichhorniano Tom. VIII. p. 85 sqq. Tom. IX, p. 157 sqq. Tom. X. p. 58 sqq.) ope duorum apographorum, quae per literas A. B. designavit, in eodem volumine inclusit. In quo ornando Middeldorpfius plurima sive Norbergii manus, sive ipsius codicis *σφάλματα* sagaciter deprehendit et correxit; alia aut non odoratus est, aut quasi insanabilia intacta reliquit. Nec mediocrem diligentiam adhibuisse profitetur (id quod maximo-pere ad meum ipsius inceptum spectat) in Graeca versione fragmentorum, quae Syrus ex Aquila, Symmacho, Theodotione, Ed. Vta et VIta. Syriace attulit, adornanda: qua in re contigit ei, quod prioribus editoribus non concessum erat, interpretationes suas cum fragmentis Graecis ab Holmesio et Parsonsio duumviris in lucem editis componere, et, si fieri posset, conciliare. Vir candidissimus praefandi finem fecit his verbis, quibus et ego libenter subscribam: "Cum unice literarum bonarum incrementa spectem, non aegre feram, si aliis contigerit meliora et correctiora meis afferre. Interea Critici his candide mecum utantur."

Quod reliquum est, probe teneat Lector eruditus, in hoc meo Tentamine ex amplissimis copiis, quibus Hexapla Graeca e versione Syro-hexaplari augeri possint, me non nisi paucula exempla, speciminis modo, protulisse; ea nempe quae vel ceteris insigniora vide-rentur, vel ab antecessoribus meis minus feliciter tractata sint. Nec

me fugit, dum alienos lapsus corrigere studeo, fieri posse, immo non fieri non posse, me in similes errores, fortasse etiam graviores, aliquid quando incidisse; quos si quis harum literarum me peritior humannissime mecum communicare velit, eximium sibi meritum tam de me quam de incepto meo comparabit.

NORVICI,

Die V Augusti, MDCCCLXIV.



ANIMADVERSIONES

AD

LIBRUM IV REGUM.

IV REGUM III. 27. **לֹא־זָקֵן**, *ira magna*. O'. μετάμελος μέγας. Aquilae versionem affert Syro-hex. **לֹא־זָקֵן**. | “A. acuta ira. Brunsius vertit Syriacā: εἰς βεβήλωσιν θυμόδη, jubetque **לֹא־זָקֵן** Lexicis ascribi. Sed haec omnia vereor, ne procul absint a vero. Nam **לֹא־זָקֵן** referendum ad rad. **זָקֵן**, *acuit*, et **לֹא־זָקֵן** est Graec. δργή. Quomodo autem hoc fragmentum Graece reddendum sit, me ignorare non haesito profiteri. Neque omnino mihi persuadere possum, illud fragmentum jure ad Aquilam relatum esse, cuius indoles tam liberam interpretationem verborum Hebr. vix tulisset.”—*Middel-dorpfius*. Brunsii hallucinatio de vocab. **לֹא־זָקֵן** in memoriam mihi revocat gemellum Spohnii lapsum, quem ad Jerem. ii. 31. indicaturus sum. Quod ad nostrum locum attinet, **לֹא־זָקֵן** non est adjективum, qui error est Middel-dorpfi, sed substantivum in regimine positum, quod cum altero vocab. **לֹא־זָקֵן**; verbum compositum facit, quasi dicas, *exacerbatio-irae*. Graecum autem verbum, ni fallor, est παροξυσμὸς, quod pro Hebr. **לֹא־זָקֵן** ponitur apud LXX. Deut. xxix. 28. Jerem. xxxii. 37. In posteriore loco Syrus noster vocab. simplex **לֹא־זָקֵן**; posuit, quod ei fortasse ad h. l. nimis debile videbatur. Verbum **עֲזָבֶל** pro παρωξύνθη exstat Hos. viii. 5. Zech. x. 3. Secundum hanc conjecturam nota hexaplaris erit: A. παροξυσμὸς (*μέγας*).

IV REG. V. 21, 22. **מִלְכָר יְיַעַן :** O'. καὶ εἶπεν, εἰρήνη. “Versio Syro-hex. **אַתָּה מֶלֶךְ** . σ. ↗ . | **אַתָּה מֶלֶךְ** h. e. καὶ εἶπεν, εἰ εἰρήνη αὕτη **אַתָּה** A. Θ. E'. καὶ εἶπεν, εἰρήνη. Syr. οὐ, Graece αὕτη, exprimit articulum [?] Hebr. ה. Syllaba εἰ videtur esse fragmentum nominis Γιεζε, quod Graeci codd. nonnulli addiderant.”—*Middeld*. Mire dictum. Ei et **אַתָּה** expriment particulam interrogandi ה. Porro pronomen οὐ copulam omissam ἐστὶ

B



indicat, usu apud Syrum nostrum solenni, quem declaravit Rördam De regulis grammaticis Pauli Tellensis p. 6.* Vertas igitur: καὶ εἰπεν, εἰ εἰρήνη; ☧ A. Θ. E'. καὶ εἰπεν, εἰρήνη ✓.

IV REG. VII. 12. פִּיצָאֹן. O'. ὅτι ἔξελεύσονται. Margo Syro-hex. חַ. ו. “Εβρ. quod. Hoc quid sibi velit cum Brunsio divinare nequeo. Hebr. פִּי alibi exprimitur per ;”—Middeld. Particula פִּי hic quando valet, pariterque Syr. חַ. Notula sic vertenda erat: ‘Ο ‘Εβραῖος, ὅτε.

IV REG. VIII. 12. שְׂטָרָתָר, rupi allides (parvulos eorum). O'. ἐνσείσεις. Versio Syro-hex. Δαὶ φέμεν. Syriacum φέμεν ponitur Psal. cxxxvi. 9. pro ἐδαφιεῖ, unde conjecteris etiam h. l. Syrum nostrum ἐδαφιεῖς cum Compl. et 5 codd. in apographo suo legisse. Idem in marg. afferit: φέμεν . ו secundum apogr. B. vel φέμεν . ו secundum apogr. A. “Radicem φέμεν praeter hunc locum apud Syro-hex. reperiri dubito; φέμεν autem respondet Graeco κατατέμνω Jesai. xv. 2. Hos. vii. 14. et κνίζω Am. vii. 14. Itaque plane nescio, utrum φέμεν an φέμεν pro vera Cod. Syr. lectione sit habendum.”—Middeld. Proculdubio verior est φέμεν, allides, Graece προσρήξεις s. προσράξεις, nisi forte ἐνσείσεις Symmacho restituendum. Praeter hunc locum reperitur φέμεν Jud. i. 14. pro ἐπέσεισεν, et vi. 11. pro ἐρράβδισεν, secundum Versionem Syro-hex. a cel. Rördam nuper editam. Idem vocab. jamdudum exstabat in fragmento Aquilae Psal. ii. 9. ubi Montef. προσρήξης edidit.

IV REG. XVI. 9. קִירָם. Et abduxit eam (habitatores ejus) Kiram. O'. καὶ ἀπόκισεν αὐτὴν (+ Κυρηνη δε Cod. Alex.). Versio Syro-hex. חַ. ו. נִמְרֵם; נִמְרֵם. | ☧ h. e. καὶ ἀπόκισεν αὐτὴν ☧ A. Κυρήνην δε ✓. Nimirum Syrus noster non cepit Aquilae Homerismum, Κυρήνηνδε, qui Syriace vertendus erat, חַ. ו. נִמְרֵם, τρὸς Κυρήνην. De hoc usu monui ad locum 3 Reg. xxii. 49. Edit. Oxon. 1859. ubi Ωφείρδε a me editum eidem interpreti debetur.

IV REG. XVIII. 22. יְשַׁרְעָלָם. O'. ἀπέστησεν (οὐ ἀπέστησεν Alex. Syro-hex. etc.) Margo Syro-hex. χει! . ו. “Σ. abstulit. Brunsius vertit κατέ-

* Non audiendus est idem V. D. ibid. p. 5. monens: “Conjunctio ἄν nunquam vertitur.” Exempla ex innumeris pauca sunt: Jud. xv. 14. لَمْ يَكُنْ مُّسْكَنٌ, ḥnīka ḥn ḫṣfaranθ. Prov. xviii. 17. حَلَّ بِهِمْ لَمْ يَكُنْ مُّسْكَنٌ, ḥs δ' ḥn ḥpiθāl. xxvii. 14. حَلَّ بِهِمْ لَمْ يَكُنْ مُّسْكَنٌ, ḥs ḥn εὐλογή. Dan. xi. 3. حَلَّ بِهِمْ لَمْ يَكُنْ مُّسْكَنٌ, καθὼς ḥn βούληται.

βαλεν ob xix. 7."—*Middeld.* Scilicet xix. 7. *καταβαλῶ αὐτὸν* Syro nostro est σινέσι; a radice ְלָס, quacum ְאַ; nihil commune habet. Parsonsius tamen in Var. Lect. "κατέβαλεν Cod. Syr. Paris. marg." sine suspicione fraudis assert. Utrum autem in loco nostro oὐ ἔξηρεν an oὐ ἀφεῖλεν Symmacho tribuendum sit, definiri non potest. Vid. 3 Reg. xv. 14. Jesai. xxxvi. 7.

IV REG. XIX. 24. ְלִזְבֹּחַ מִצְבֵּחַ. O'. πάντας ποταμοὺς περιοχῆς. Pro περιοχῆς Syro-hex. in marg. habet: ְלִזְבֹּחַ . ϕ. "Syr. ְלִזְבֹּחַ [Castello densus, frequens, conjunctus] in Cod. hexaplari praeter hunc locum tantum apud Zach. ii. 12. ubi pro σύμφυτος est, (legitur) Vir doctissimus Caesar a Lengerke conjectit legendum esse ְלִזְבֹּחַ, ita ut adjectivum esset ad ποταμοὺς referendum, fluvios refertos (aqua) De Graeco verbo, quo Symm. usus sit, nil habeo quod afferam."—*Middeld.* Adjectivum ְלִזְבֹּחַ legitur Ezech. xxxi. 10. in fragmento Theodotionis, ubi Graeco δασὺς respondere videtur, neenon apud Symm. Psal. cxxviii. 3. *conuncti τεκταίνοντες ἐπὶ τεκταίνοντιν.* In nostro loco ποταμοὺς συνοχῆς exhibet Complutensis, sed η τετρὰς librorum 19. 82. 93. 108. ποταμοὺς συνεχεῖς, idque, ni fallor, Symmacho restituendum.

IV REG. XXIII. 17. ְלִזְבֹּחַ, *cippus* (sepulchralis, hic et Ezech. xxxix. 15. ubi LXX. σημεῖον.) O'. τὸ σκόπελον. (Compl. ὁ σκόπελος, quod sec. Hesychium est νῦνηλὸς τόπος, η πέτρα, η ἀκρώρεια, ἀφ' οὗ ἔστι σκοπεῶν τὰ κύκλῳ). "Syro-hex. ְלִזְבֹּחַ; quod, quanquam Lexicis ignotum, sine dubio [?] idem quod ְלִזְבֹּחַ, κοτηή, cubile Jesai. xvii. 2."—*Middeld.* Vox Syriae iterum legitur Psal. lxxvii. 13. secundum Ed. Vtam: *statuit aquas quasi ְלִזְבֹּחַ*; h. e. *molem quadratam*, ut recte interpretatus est Bugatus. Fortasse Graecum vocab. erat σωρὸς, quod ab eodem interprete Vto positum est pro Hebr. ְלִזְבֹּחַ in simili loco Psal. xxxii. 8. Ad nostrum locum Syrus in marg. affert: Σ. η στήλη. E'. τὸ σημεῖον τοῦτο τάφος τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ τοῦ ἥκοντος (s. ἐλληνιθότος) ἐξ Ἰούδα καὶ κηρύξαντος.

JOBUS.

JOB. IV. 2. הַנְּפָה דְּבָר אֲלִיל תְּהִלָּתָךְ. *Num si sustollamus* (הַנְּפָה pro אֲלִילָה) *ad te verbum, aegre feres?* O'. μὴ πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ; Margo Syro-hex. ְלִזְבֹּחַ תְּהִלָּתָךְ . ְלִזְבֹּחַ תְּהִלָּתָךְ ? . ְלִזְבֹּחַ תְּהִלָּתָךְ ? .

.**אָלֵךְ יְמִינְךָ מַלְכֵךְ וְעַמְקֵךְ**. Montefalconius exhibit lectiones trium interpretum sic: A. μήτι ἐπαροῦμεν λαλῆσαι πρός σε, (Syrus addit, κοπιάσεις). Σ. εἰν ἀναλάβωμεν λόγου, μοχθήσεις; Θ. εἰ ληψόμεθα λαλῆσαι πρός σε, κοπιάσεις; Quae Syriacis satis accurate respondere videntur, nisi quod apud Aquilam ἐπαροῦμεν s. ἐπάρωμεν sensu *exsecrandi* imprudenter cepit Syrus, ac si ἐπαρώμεθα scriptum invenisset. Error ejus fugit Middeldorpium.

JOB. VI.14. **לֹא־יְמִתָּהָרְךָ מִרְעָיו חֶסֶר וַיַּרְאֶת שְׁנִי יְעֹזֵב.** *Afflito ab amico (praestanda est) humanitas; (alioquin hic) reverentiam Dei exuit.* O'. ἀπείπατό με ἔλεος, ἐπισκοπὴ δὲ Κυρίου ὑπερεδέ με. Versio Syro-hex. ut a Middeldorpio edita est, haec est: :**וְאַתָּה תְּמַצֵּא ? כִּי ? לֹא ; אֲלֹהָם ? בְּנֵי ? אֲלֹהָם ?** “In fine versus 13. legitur, ἐξέκοψαν δὲ τὴν ἐλπίδα μον. Recte Kreyssigius annotavit, haec, e cap. xix. 10. petita, scholion esse ad finem v. 13. E contextu esse eliminanda in Edit. indicavi.”—*Middeld.* Immo verba a V. D. inclusa non sunt nisi periphrasis vocab. ἀπείπατο, recusavit, renuntiavit, quod cum notione desperandi (quae tamen τῷ ἀπειπεῖν unice propria est) accepisse videtur interpres Syrus. Sic Job. x. 3. haec, ὅτι ἀπείπω ἔργα χειρῶν σου, vertit, **וְאַתָּה תְּמַצֵּא ? כִּי ? אֲלֹהָם ?** sed in marg. **וְאַתָּה תְּמַצֵּא ?** Etiam Castellus nomen **וְאַתָּה תְּמַצֵּא**, desperationem, memorat, de cognato verbi usu silens. Praeterea recisis his verbis, quid est in contextu Syriaco quod τῷ ἀπείπατό με respondeat? Num **וְאַתָּה ?** Videamus. Pergit V. D. “V. 14. ἐπισκοπὴ, Syr. **לֹא;** Addendum Lexico sub rad. **ל;** [*incessit; in Aphel, docuit, instituit*]. Alibi ἐπισκοπὴ est **לֹא; אֲלֹהָם.**” Est sane, ut vel ex nostro loco probari potest. Quis enim non videt, pro duobus vocabulis **לֹא;** **אֲלֹהָם**, quorum utrumque flocci est, rescribendum esse **לֹא; אֲלֹהָם?**

JOB. VI.28. **פְּנֵנִי-בְּנִי,** *respicite in me.* O'. vacat. Hexapla supplent: **וְσֻחְלָאָסָתֶךָ** μοι. Margo Syro-hex. **וְסֻחְלָאָסָתֶךָ ? אֲלֹהָם ?** **וְאַתָּה תְּמַצֵּא ? כִּי ?** “**Θ. σχολάσατέ μοι.** Non possum est in apographo (ita intelligo **וְסֻחְלָאָסָתֶךָ**, prop. *geminatio octaplorum Origenis.*”—*Middeld.* Sed in Ezech. xlii. 6. pro τριπλαῖ Syrus noster habet **וְאַתָּה תְּמַצֵּא ?** Itaque h. l. significare voluit: *Non possum est in octaplis Origenis.*

JOB. XII. 11. **מִלְּנָן-אַלְּלָה-**תְּבִחרָה. *Nonne auris sermones probat?* O'. juxta Ed. Rom. oīs (voīs II. III. 4 alii. **וְאַתָּה** Syro-hex.) μὲν γὰρ ρήματα διακρίνει.

De ceteris interpp. silet Montef. sed Syrus dat: μὴ οὐ δύστιχον. L. ψ. Ι. ἡμέρα μέση, h. e. vertente Middeld. οὐ μὴ οὐσία ρήματα δοκιμάζει. Corrigo: μὴ οὐχὶ οὐσία λαλιὰν δοκιμάζει; Ex hac nota satis manifestum est LXX. Senioribus restituendum esse νοῦς, in cuius locum οὐσία in Edd. immigravit.

JOB. XIV. 19, 20. אָנוּשׁ הַאֲכְרֹתָה: תִּתְקַפֵּהוּ וְתַשְׁלַחֲהוּ כְּמַשְׁגֶּה פָּנָיו וְתַשְׁלַחֲהוּ לְצַדְקָהוּ: Et spem hominis perire facis. Praevalues ei in perpetuum, et abit; immutat vultum suum, et dimittis eum. Ο'. ✕ Θ. καὶ ὑπομονὴν ἀνθρώπῳ ἀπώλεσας καὶ ὅσας αὐτὸν εἰς τέλος, καὶ φέρετο ἐπέστησας αὐτῷ τὸ πρόσωπον, καὶ ἔξαπέστειλας. “Σ. οὕτω προσδοκίαν ἀνδρὸς ἀπολέσεις. Sic Colbert. Drusius vero, προσδοκίαν ἐκάστου ἀνδρὸς ἀπολέσεις.”—Montef. Plenius Syrus noster: ﻃَرْمَلْ؟ ﻂَرْمَلْ ﻂَرْمَلْ . ﻂَرْمَلْ : ﻂَرْمَلْ؟ ﻂَرْمَلْ ﻂَرْمَلْ ﻂَرْمَلْ؟ ﻂَرْمَلْ ﻂَرْمَلْ ﻂَرْمَلْ “Σ. οὕτω προσδοκίαν ἐκάστου ἀνδρὸς (ita Drusius recte) ἀπολέσεις ἐν παντὶ χρόνῳ, ut abeat; iterum vero vocas faciem ejus, quem dimiseras.”—Middeld. Mirari subit, quo jure V. D. Syriaca ﻂَرْمَلْ ﻂَرْمَلْ, roboras s. roborabis, per ἀπολέσεις reddiderit, ut nihil omnino habeat Syrus, quod vocabulo תִּתְקַפֵּהוּ respondeat. Manifestum est verbum aliquod in Syriacis excidisse, idque in fine v. 14. non in principio v. 15. qui a ﻂَرْمَلْ recte incipit. Hoc suppleto, locus conjectando verti potest: Σ. οὕτως προσδοκίαν ἐκάστου ἀνδρὸς [ἀπολέσεις] ἐνισχύσεις διαπαντὸς τὸν πορευόμενον (s. ἀπερχόμενον), ἀνακαλέσεις δὲ τὸ πρόσωπον ὡς ἔξαπέστειλας.

JOB. XXI. 23. מִצְבָּה, *in robore*. O'. ἐν κράτει. Syrus noster afferit: **אַלְכָנָה**. Middeld. A. ἐν δύναμι. Sed per formam **אַלְכָנָה**, quam non agnoscit Castellus, Syrus expressit vocabulum pro re nata effectum, δύναμις, quod Aquilae dubitanter vindicavit Schleusner. in Lex. V. T. s. v. neenon in Opusc. p. 350. Praeter Jesai. xli. 21. ubi in ejus locum στερέωσις intrusum est, in promptu mili est Aq. Jesai. xl. 29. secundum Cod. 88. καὶ οἱς οὐκ εἰσὶ λύπαι δύναμισιν (παντού) πληθύνω.

JOB. XXII. 8. אִישׁ רֹעֶץ לְהָרֵן וַיְשֹׂא פְּנִים יִשְׁבֵּב. At potenti terra
patebat, et auctoritate praeditus (Hebr. elatus facie) in ea habitabat. O'. ἐθαύ-
μασσας δὲ τινων πρόσωπον, φύκισας δὲ τὸν τῆς γῆς. Syrus noster affert:
... אִישׁ רֹעֶץ לְהָרֵן וַיְשֹׂא פְּנִים יִשְׁבֵּב. אִישׁ רֹעֶץ לְהָרֵן וַיְשֹׂא
פְּנִים יִשְׁבֵּב.

Job. XXIII. 15. נָתַן, *attonitus sum.* O'. (vel potius Θ.) κατασπονδασθε. Syrus noster: ܒܼܻ ܩܻܻ . ܗ. “Σ. ταράσσω. Syriac. verbum vitiōse scriptum esse videtur; offendit enim activa forma participii. Cf. Montef.”—*Middeld.* Nimirum Montef. ex incerto interp. τετάραγμαι deprompsit. Sed recte habet ܒܼܻ ܩܻܻ, sensu intransitivo, *tumultuabor, θορυβήσω*, qui usus vocabuli Symmacho fere proprius est. Sic Psal. lviii. 15. Σ. θορυβείωσαν, Syr. ܩܻܻܻ. Psal. ii. 1. A. (ιντά) ἐθορύβησαν, Syr. ܩܻܻܻ. Cf. quae ad Job. xxvi. 5. dicturus sum.

JOB. XXIV. 5. O'. \aleph $\dot{\imath}$ γ ρ $\dot{\imath}$. “Margo Syro-hex. \aleph $\dot{\imath}$, desertum.”—*Middeld.* Immo \aleph $\dot{\imath}$ γ ρ $\dot{\imath}$ ω , quod non pro \aleph $\dot{\imath}$ γ ρ $\dot{\imath}$ supponendum est, sed post σ ν ω inserendum, ut σ ν ω \aleph $\dot{\imath}$ γ ρ $\dot{\imath}$ ω pro singulo vocabulo ponatur. Sic Job. vi. 5. Jesai. xxxii. 14.

xvi. 26. Pro Δεὶ μέρῳ restitui Δεὶμέρῳ). Σ. οὐκ ἀναστρέψει εἰς ὁδὸν τῶν ἀμπελώνων διψώδη, καὶ καῦμα ἀρπάζονται. Θ. οὐκ ἐκκλινεῖ εἰς ὁδὸν τῶν ἀμπελώνων ἐν δίψῃ (Psal. ciii. 12. evi. 33. Jesai. xli. 17.) καὶ γὰρ αὐτοὶ συλλῶσι.” Graeca Aquilae et Theodotionis non muto. Apud Symm. scribendum esse ἥρπασαν s. διήρπασαν pro ἀρπάζονται quivis videt. Porro διψώδης sonaret |Δ.σ.3 (Psal. evi. 9. Jesai. xxxv. 6.) vel μασ.3 (Prov. ix. 12.). Quod hic legitur |σ.3 non potest esse nisi infinitivus, τοῦ διψᾶν s. διψῆσαι.

JOB. XXVI. 11. יְרֹפֵפָי. (Columnae coelorum) contremiscunt s. concutiuntur. ✠ Θ. ἐπετάσθησαν. (Syro-hex. כַּפְרַ, quasi a πέταμαι, non, ut vulgo, a πετάννυμι. Sic Jesai. xi. 14. πετασθήσονται, et Symm. Psal. liv. 7. πετασθῆναι, cum volandi sensu leguntur.) Montef. affert: A. διεκινήθησαν. Syrus noster: A. διεκινήθησαν (א.21). Σ. (a Middeld. per incuriam praetermissus) כַּפְרַת, quod pro ἐπαίρουσιν positum esse confidenter affirmarim, nisi verbum Hebraicum sensum transitivum respuerit. Tandem in auxilium venit Parsonsius, qui in Appendice exscripsit ex Cod. 252. A. διεκινήθησαν. Σ. σπαίρουσιν. Egregie! Michaelis Suppl. p. 2262. “יְרֹפֵפָי non, ut fieri solet, ad radicem יְרֹר referendum, sed ad רִפְפָ, Arab. رَفِفَ, palpitarit.” Syrus autem pro ΣΠΑΙΡΟΥΣΙΝ in apographo suo ΕΠΑΙΡΟΥΣΙΝ invenit. Hic semel monuisse sufficiat, vocabula Graeca quae hic illie in margine Codicis Mediolanensis leguntur, semper in literis uncialibus, quas vocant, exarata esse.

JOB. XXX. 24. יְרֹשֶׁת־בָּשָׂר־נָשָׁן. Interpretes in diversa abeunt. L. Cappellus, quo cum faciunt Angli: Tantummodo in tumulum non mittet manum suam (Deus). De Rossio: Verumtamen non in desolationem manum injicit. Rosenmuellerus: Sane nihil, ubi manum ille extendit, valent preces. O'. εἰ γὰρ ὅφελον δυναμην ἔμαντὸν χειρώσασθαι. (✚ χειρώσασθαι ✠ Syro-hex.) Ceterorum interpp. Graecorum versiones Syrus noster solus affert: אֲמָתָה וְאַמְתָה . | : אֲמָתָה וְאַמְתָה וְאַמְתָה . ל. : אֲמָתָה וְאַמְתָה וְאַמְתָה וְאַמְתָה . מ. Middendorfius tentat: A. πλὴν μὴ εἰς τὸ ἐκπορθεῖσθαι ἀποστέλλῃ. Σ. ἀλλὰ μὴ ἐν ἴσχυΐ ἐκτείνηται ἡ χείρ. Θ. πλὴν μὴ εἰκῇ ἐκτείνῃ χεῖρα. Hujus soloecismos indicare supersedeo, meam ipsius versionem apponere contentus. A. πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἐκπορθῆσαι (s. ἔξαναλῶσαι) ἐξαποστελεῖ (supple χεῖρα.) Σ. ἀλλ' οὐκ ἐν ἴσχυΐ ἐκταθῆσεται χείρ. Θ. πλὴν οὐκ εἰκῇ ἐξέτεινε χεῖρα.

JOB. XXXI. 1. **הַלְכָה-לְעֵבֶן** אֲתָּה יְמִינָה. O'. καὶ οὐ συνήσω (Syr. ﻻـ ﻣـ ﺃـ) ἐπὶ παρθένον. Cod. 252. affert: A. καὶ τί συνήσω ἐπὶ παρθένον. Montef. autem ex tribus codd. et Niceta: Σ. καὶ οὐδὲν ἐνενόησα (ἐνόησα Drus.) περὶ παρθένον. Paullo aliter Syrus: **لـ دـ لـ دـ** مـ سـ لـ مـ لـ . وـ : **كـ لـ** مـ سـ . I. Middeld. qui in Curis Hexapl. p. 82. Aquilae καὶ τί κατανοήσω rectissime tribuerat, postea ad normam codicis Holmesiani correxit: A. καὶ τί συνήσω. Sed verbum κατανοεῖν pro Hebr. **נִתְבַּחַת** posuit Aquila Job. xxiii. 15. xxxvii. 14. xxxviii. 18. idemque per **كـ لـ** vertit Syro-hex. Job. xxx. 20. Psal. xciii. 9. xl. 5. non ita, opinor, συνιέναι. Nunc de Symmacho dicendum. Quid, quaeso, significat Δωστέλλειν? Middeld. silentio praeterit, Syriaca vertens: Σ. καὶ οὐδὲν ἐνενόησα περὶ παρθένον. Primum indubitanter corrigo, Δωστέλλειν, quod pro νοεῖν ponitur Job. xx. 9. Prov. i. 2, 3. xix. 5. Deinde verto: Σ. καὶ οὐδὲ ἐνόησα ἐπὶ παρθένον (vel etiam περὶ παρθένου.)

JOB. XXXII. 13-17. — **דָעַ אֲהֵנִי.** אֶל יְהֹוָה — O'. Κυρίῳ προσθέμενοι — πάλιν λαλήσω. Nobile fragmentum interpretis nescio cuius ex margine Syro-hex. ut in apographo Norberg. exstat, versiculis tantum distinctis, exscribam.

Middeldorfius haec Graece quidem exprimere non ausus est: Latina ejus, male divisa et Syriacis parum accommodata, subjungam tamen. **X** Tyrannus occupavit illum, non homo. Neque mihi verba opposuit; verbis vestris non obstissem illi. Sermone improbo usi sunt. Responsum iterum iis abruptum.

*Exspectavi ita ut nihil dicerem, properea quod adstabant; jam non amplius oppositionem faciunt. Et ego partes meas suscipiam, proferam et ego sententiam meam. Nam verborum plenus jam ea sum prolatus. Tantum addidit: "De auctore hujus interpretationis nil definiri potest." Mirum profecto Criticum optimum non animadvertisse, Syriaca sua cum Latinis Hieronymi a Montef. allatis ad verbum fere convenire. Haec autem sunt: ✠ *Dominus abjecit eum, et non vir.* ✠ *Necdum ad me locutus est: ✠ et in sermonibus vestris non respondereo ei.* ✠ *Obstupuerunt, non responderunt ultra: ✠ defecerunt ab eis sermones.* ✠ *Quia ego exspectavi, et non sunt loquunti, ✠ et steterunt, et non responderunt ultra.* ✠ *Respondebo et ego partem meam, ✠ et annunciaro scientiam meam.* In versiculo primo Hebr. ✠ *Συριακε* est *ἰσχυρός*, Graece δὲ *ἰσχυρός*, quod tralatitium est. Sed offendit verbum ✠, *apprehendit*, quod neque Hebraeo ✠, *fugavit*, neque Hieronymiano *abjecit* commode aptari potest. Tentabam ✠, quod Syrus noster pro ἀπέρριψε posuit in fragmento Aq. Symm. Psal. xxvi. 9. nisi hoc ab ✠ nimis remotum videretur. Ergo in medio relinquo. Transeamus ad vers. 4. ubi Middeld. jungens ✠, cum praecedenti *ἰσχυρός*, de sermone improbo intellexit. Hebraica sunt, *רַיְעָנָה אֶלְעָנָה*, quae luculenter expressit Hieron. *obstupuerunt, non responderunt ultra;* nec deterius Theodotio, cuius verba in hodierno τῶν Ο' textu leguntur: ἐπτοήθησαν, οὐκ ἀπεκρίθησαν ἔτι. Quid multa? Pro Syriacis ○○○ *רַיְעָנָה* ✠ *פְּנִים* fidenter corrigo ○○○ *רַיְעָנָה* ✠ *בְּנֵי*, *ἐπτοήθησαν, οὐκ ἐποιοῦντο.* Ponitur υἱοὶ pro ἐπτοήθη Job. xi. 16. xxiii. 15. Jesai. xxxi. 4. etc. Ne longior fiam, Graeca totius fragmenti, quantum conjectura assequi possum, apponam. ✠ *Οὐαὶ τοῖς κατέσχεν (ἀπέρριψεν?) αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀνὴρ, οὐδὲ ἔταξε πρός με λαλάσ· καὶ ἐν ρήμασιν ὑμῶν οὐκ ἀποκριθήσομαι αὐτῷ.* *Ἐπτοήθησαν, οὐκ ἐποιοῦντο ἀπόκρισιν ἔτι ἀπήρθησαν* (s. ἐξήρθησαν, s. ἀφηρέθησαν) *ἀπ' αὐτῶν λαλαῖ· καὶ ἐπέμεινα (s. ἀνέμεινα) ὅτι οὐκ ἐλάλησα, ὅτι ἔστησαν, οὐκ ἐποιήσαντο ἀπόκρισιν ἔτι ἀποκριθήσομαι κάγω τὸ μέρος μου* (Σ. τὸ μέρος μου. Montef.) *ἀναγγελώ τὴν γνῶσιν μου κάγω.* Quae autem post cuneolum leguntur, quaeque divinando vertit Middeld. *nam verborum plenus jam ea sum prolatus (!) non sunt nisi scholium Syri interpretis: "Ad illud, πλήρης γάρ είμι ρημάτων, junge haec."* Restat quaestio, cuinam potissimum trium interpretum insigne hoc fragmentum tribuendum sit. Theodotionis esse non potest, quia hic, teste Colbertino, post ἐπτοήθησαν pergit: *οὐκ ἀπεκρίθησαν ἔτι ἐπαλαίωσαν ἐξ αὐτῶν λόγους κ. τ. ἐ.* quae hodie in versione LXXvirali sedēm non suam occupant. Ut mea quidem fert opinio, Symmachum auctorem habet, maxime propter*

periphrasin per verbum ποιεῖν factam (ἀπόκρισιν ποιεῖσθαι pro ἀποκρίνεσθαι) quam hic interpres magnopere sectatur. E. g. Psal. iv. 7. הַנִּזְבֵּן, A. ἐπαρον. Σ. ἐπίσημον ποίησον. Psal. liv. 10. עֲלֹת, Σ. καταποθῆναι ποίησον. Ibid. עַלְגָּה, Σ. ἀσύμφωνον ποίησον. Psal. lxxxix. 17. בָּזָבָן, Σ. ἔδρανα ποίησον. Psal. ci. 15. צְבָא, O'. εὐδόκησαν. Σ. εὐδόκητα ἐποίησαν.

JOB. XXXIX. 23, 24. (Hebr. 26, 27.) שְׁעָרֶת וּבִירְדָּן : בָּרְעָנִית (fulgor) hastae et lanceae: cum strepitu. O'. τόξον καὶ μάχαιρα· καὶ ὄργη. Syrus affert: . אַשְׁרָאָדָה! לְסִוְתָּה. Pro לְסִוְתָּה! Middeld. conjecterat לְסִוְתָּה!, vertens: אַשְׁרָאָדָה! Θ. strepitu tumultus et clypei: sed postea ingeniosam Kreyssigii conjecturam secum communicatam probavit; videlicet לְסִוְתָּה ad Symm. esse referendum (Hebr. שְׁעָרֶת v. 24.), pro לְסִוְתָּה legendum לְסִוְתָּה!, λόγχης; hoc vero cum אַשְׁרָאָדָה ad Theodotionem pertinere: unde evadat nota hexaplaris: Σ. ἐν σάλῳ. Θ. λόγχης καὶ ἀσπίδος. Attamen non animadverterunt VV. DD. post μάχαιραν exstare in Cod. 249. haec: λόγχη (sic) καὶ ἀσπίδος σεισμός, quae proculdubio ad Theodot. pertinent. Tum Syriaca sic vertenda: אַשְׁרָאָדָה! καὶ ἀσπίδος σεισμός (s. ἐν σεισμῷ). Propter rationes autem grammaticas ordinem verborum mutavit Syrus.

JOB. XLI. 22. Pro Graeco ἐξάλειπτρον Syrus noster לְסִוְתָּה posuit, in marg. notans: סְעָרָה כְּפָרָה מְלָכָה נְבָתָה. Quae ridicule vertit Middeld. instrumentum aliquod quo aliquis mensurat. Syriaca sonant: vas aliquod ex quo aliquis ungit. Scholiast. ad Aristoph. Acharn. 1062. ἐξάλειπτρον exponit, τὸ ἀλάβαστρον ἐξ οὗ ἀλείφονται οἱ δειπνοῦντες, τὴν τοῦ μύρου λήκυθον.

PSALMI.

PSAL. V. 10. יְקִוְמָה מִשְׁבֵּל. Linguam suam laevigabunt. O'. τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐδολιοῦσαν. Syrus, vertente Bugato: A. inungent s. emollient (טְמִיכָה). Aquilae interpretatio, ni fallor, sic restituenda est: A. τὴν γλώσσαν αὐτῶν ρινήσουσιν. Cf. quae ad Jerem. x. 5. dicturus sum.

PSAL. IX. 10. תִּוְתַּעַל מִשְׁבֵּב לְהַרְחֵב. Locus editus tenui, locus editus in temporibus. O'. καταφυγὴ τῷ πένητι, βοηθὸς ἐν εὐκαιρίαις. Hexapla praebent:

A. . . . τῷ ἐπιτρίπτῳ . . . εἰς καιρόν. Σ. τῷ τεθλασμένῳ . . . ἐπικαίρως. Plenius Syrus noster: A. ὑπερέπαρσις (ὑπερέπαρσις). Vid. Hex. Psal. xlvi. 4.) τῷ ἐπιτρίπτῳ (ἐπιτρίπτω), ὑπερέπαρσις εἰς καιρούς. Σ. δχύρωμα (δχύρωμα) τῷ τεθλασμένῳ (pro τιμάτῳ corrigo τιμάτῳ). Vid. 4 Reg. xviii. 21. Jesai. xxxvi. 6.) . . .

PSAL. IX. 28. (Hebr. x. 7.) שְׁנָאַתִּים וְּבָזָבָן, et fraudum et oppressionis. O'. καὶ πικρίας καὶ δόλου. Syrus affert: Σ. καὶ ἐπιθέσεων (ἰστ.). Vid. Aq. Psal. xlvi. 1. liv. 12. in Hex. et Syro-hex.) καὶ ἡμίλας (ἱτιά). Vid. Symm. Psal. liv. 12. in iisdem). * A. καὶ ἐνεδρῶν καὶ περισπασμῶν (ἰστ.). Vid. LXX. Eccles. i. 13. etc.)

PSAL. XVII. (Hebr. xviii.) 15. מִלְּמָדָה וְבָזָבָן. Et fulgura multa (ejaculatus est) et conturbavit eos. O'. καὶ ἀστραπᾶς ἐπλήθυνε καὶ συνετάραξεν αὐτούς. Syrus noster: A. καὶ πλῆθος ἀστραπῶν καὶ ρεῖς αὐτούς. Syriacum ρεῖς, Lexicis fere ignotum, vertit Bugatus, fulgure confecit, ἐκεραύνωσεν, quod Nostro est ρεῖς Jesai. xxx. 30. Omnino conferendus est Jerem. li. 34. ubi pro Hebr. מִלְּמָדָה Syrus Aquilae tribuit ρεῖς, h. e. vertente Norbergio, erosit me; credo, quia Castellus praebet ρεῖς et ρεῖς, tineis erosus est. Evidet nullus dubito quin utrobique Aquila dederit ἐφαγεδαίνωσεν, consumpsit, ut pro eodem Hebr. interpretatus est Deut. vii. 23. 1 Reg. vii. 10. Posterior locus est: καὶ ἐβρόντησε κύριος ἐν φωνῇ μεγάλῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους, מִלְּמָדָה; ubi in Hexaplis est: O'. συνεχύθησαν. *Αλλ. ἐφαγεδαίνυσαν. *Αλλ. ἐξέστησαν. Secundum Cod. 108. ἐξέστησαν ad Theodotionem pertinet; altera lectio sic emendanda videtur: A. ἐφαγεδαίνωσεν (αὐτούς.)

PSAL. XVII. (Hebr. xviii.) 30. בְּךָ נִגְרָוֹן פִּי. Nam per te infringam (s. incurram in) turmas. O'. ὅτι ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι ἀπὸ πειρατηρίου. Defectum Hexaplorum Syrus sic supplet: A. ὅτι ἐν σοὶ δραμοῦμαι εὔξωνος (ἰτιάς τιμής). Σ. ὅτι εἰς χεύρας σου δραμοῦμαι ἀπὸ λόχου (ἰτιάς λόχου). Syriacum λιτατίου pro Graeco ἐνέδρα s. ἐνεδρον ponitur; quoties vero Symmacho pro Hebr. רִגְרָן tribuitur, per λόχος vertendum esse contra Middeld. ad 4 Reg. vi. 23. xxiv. 2. vehementer contendō, maxime propter locum Job. xix. 12. ubi Syrus affert: Σ. ὁμοθυμαδὸν ἐπῆλθον τιτανάς αὐτοῦ; Hexapla autem diserte testantur: Σ. λόχοι αὐτοῦ.

PSAL. XVII. (Hebr. xviii.) 37. מַעֲרוֹת קְרָסְלִי אֶלְלָא. Et non vacillarunt tali
mei. O'. καὶ οὐκ ἡσθένησαν τὰ ἵχνη μου. Syrus noster: اَمْعَنْدِي نَدْعَهُونَ. Graece: Σ. ὥστε μὴ ἐκτραπῆναι (Vid. Pesch. Hebr. xii. 15.) τοὺς
ἀστραγάλους μου. (In Ezech. xlviij. 3. ubi A. Σ. Θ. ἕως ἀστραγάλων, Syrus vertit,
μυζικόν δέκατον. Pro γνῷ Symmachum magis saperet περιτραπῆναι, ut Psal.
ix. 27. xxxvi. 31. sed in his locis Syrus per τοῦ interpretatus est.)

PSAL. XXI. (Hebr. xxii.) 13. אֲבִירֵי בְּשָׁן בְּתַרְוֹנִי Tauri Basanitidos circumdederunt me. Ο'. ταῦροι πλόνες περιέσχον με. Hexapla hic magnam copiam, seu potius colluviem, interpretationum praebent: A. δαμάλαιοι ταῦροι πλόνες περιέσχον με. Al. ταῦροι λιπαροὶ περιέσχον με. Al. δυνάσται Βασὰν διεδειγματίσαντό με. Σ. ταῦροι σιτιστοὶ περιέσχον με. Θ. δυνάσται Βασὰν διεδειγματίσαντό με. Sed audiamus Montef. ad loc. “Hasce varias Aquilae lectiones exhibent MSS. nostri. Prima, ut jacet, non videtur Aquilae esse posse . . . Secunda lectio sincerior videtur; tertia in duobus exemplaribus Aquilae trahitur, in aliis Theodotioni. Lectionem Symmachi sic habent duo MSS.” Ad has lites componendas quid conferat Syrus noster nunc videndum. Is afferit: A. δυνάσται (بَشَانْ) Βασὰν perterrefecerunt me. (بَشَانْ!?). Σ. βούβαλοι (بَشَانْ!) ἐπανέστησαν περὶ ἐμὲ (s. περιέστησάν μοι, بَشَانْ!): non περιέσχον με, nam hoc est بَشَانْ in textu hujus v. et infra v. 17.) Nemini igitur dubium esse potest, ad Aquilam pertinere fragmentum, δυνάσται κ. τ. ἐ. sed quaestio oritur de verbo quo ad exprimendum Hebr. בְּתַרְוֹן usus sit. Pro διεδειγματίσαντο, traduxerunt, quod non est hujus loci, Fischerus in Clavi Verss. GG. V. T. p. 69. ingeniose reponendum censuit διεδηματίσαντο, cinxerunt, quam vocem a διάδημα (בְּתַרְוֹן), quemadmodum ὄραματίζομαι ab ὄραμα, ἀγνοηματίζω ab ἀγνόημα (Vid. ad Psal. cxviii. 10.) effinxisse videtur Aquila, “contentiosus interpres,” ut Hieronymus ait, “qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus est.” Huic conjecturae aliquatenus faveat Syrus noster, qui perterrefecerunt interpretatus est, si sumatur eum in suo apographo pro διεδηματίσαντο corruptam scripturam διεδειγματίσαντο invenisse, eamque ad δειματίζως. δειματίζω retulisse. Atque hoc verum puto.

עדת מירעם הקיפוני בָּאֵרִי (נֶאֱמָרְאַי) יְהִי אָסְפָּרְאָד. Coetus maleficorum me circumdant, sicut leo (in exemplaribus aliis, foderunt) manus meas et pedes meos; numerabo. O'. συναγώγη πονηρευομένων

περιέσχον με, ὅρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου· ἔξηρθμησαν. In Hexaplis tantum legitur: Ο'. ὅρυξαν. A. ἥσχυναν. Vid. Schleusner. Lex. V. T. s. v. αἰσχύνειν. De hoc Aquilae commento Syrus noster prorsus silet, alia omnia sub titulis Symmachii et Aquilae afferens: Σ. συναγωγὴ κακοποιῶν ἐκύκλωσάν με (መְכַפֵּלָה) ὡς ζητοῦντες δῆσαι (מִצְדָּקָה) χεῖράς μου καὶ πόδας μου A. ἐκύκλωσάν με, ὀψοφέ (ἐπέδησαν, Psal. lxvii. 7. Job. xxxvi. 8. s. συνεπόδισαν, Zach. xiii. 3. Dan. iii. 20.) χεῖράς μου καὶ πόδας μου· ψηφίσω (מְשֻׁבָּח).

PSAL. XXII. (Hebr. xxiii.) 2. יְנַחֲנֵי, dicit me (cum notione curae et tutelae). O'. ἔξέθρεψέ με. Hexapla dant: Σ. ἀνεκτήσατό με, quod ad v. 3. בְּבָבְשִׁי נְבָבְשִׁי pertinere recte vidit Bielius. Syrus noster: A. διαβαστάξεις με (בְּבָבְשִׁי נְבָבְשִׁי). Idem est in marg. Syro-hex. sine auctore Psal. xxx. 4. ubi in Hexaplis est: עַלְתָּנָתָן. O'. διαθρέψεις με. A. διαβαστάξεις με. Σ. τημελήσεις με.) Σ. בְּבָבְשִׁי, quod Bugatus vertit, subtraxit me, vereor ut satis certe. Verbum paullo difficilius עַלְתָּנָתָן pluribus illustrandum est. Lexica praestant: aversus est, subtraxit (oculos); inde, connivit, neglexit, non curavit; inde indulxit, pepercit. Vocabula Graeca, quae cum eo permuntantur, sunt: οὐδὲν ἔμελε (τινι) Act. Apost. xviii. 17. δλιγωρεῦ Hebr. xii. 5. παριδεῖν, παρορᾶν, παραβλέπειν Prov. iv. 5. Job. xi. 11. Cant. Cant. i. 6. ὑπεριδεῖν Job. vi. 14. xxxi. 19. Psal. lxxvii. 59. Zach. i. 12. Nomen לְזֹעֲמָנָת respondet Graeco ἀμέλεια Symm. Psal. lxxxix. 8. Ezech. xxxix. 26. et Δְּלָאָסָסָת τῷ ἀμελῶς Jerem. xlvi. 10. Huc pertinet, opinor, Psal. xxv. 4. ubi pro Hebr. מִתְלַעַן סָע, O'. μετὰ παρανομούντων, Syrus noster Aquilae vindicat לְזֹעֲמָנָת λα, cum negligentibus vel dissimulantibus, auctore Bugato; fortasse μετὰ τῶν παρορῶντων s. ὑπερορῶντων. Redeamus ad nostrum locum, ubi contraria notio curandi s. parcendi (specie tamen magis contraria quam re; nam qui rem non curat, idem agenti parcere censendus est) manifesto requiritur; eamque invenisse mihi videor in Graeco τημελήν, quod pro λα posuit Symm. praeter dictum locum Psal. xxx. 4. etiam Jesai. xl. 11. καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσας παρακαλέσει, ubi Cod. 88. affert: Σ. τημελήσει. Θ. πραέως ἔξει (f. ἄξει).

PSAL. XXVI. (Hebr. xxvii.) 3. בְּנִי בְּנִי תִּתְּנוּ. O'. ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω. Cod. 264. habet: Σ. οὐ φοβήσει μοι ἐν τούτῳ. Quae sic, ni fallor, refingenda: Σ. ἄφοβός εἰμι ἐν τούτῳ. Consentit Syrus noster: Σ. ἐν τούτῳ ἄφοβός εἴμι (בְּנִי בְּנִי תִּתְּנוּ).

PSAL. XXVI. (Hebr. xxvii.) 12. מִמְּנָאֵל, et anhelans scelus. O'. καὶ ἐφεύσατο ἡ ἀδικία ἔαντῆ. “A. Σ. καὶ ἐξεφάνη ἡ ἀδικία. Hanc versionem Corderius Aquilae tribuit, Drusius vero Symmacho. Versionem autem Aquilae Drusius Latine tantum attulit, et apparuit *injustitia*.”—Montef. Pro A. Σ. corrigendum videtur A. S'. Nam Cod. 264. affert: S'. ἐξεφάνη ἀδικία, idemque Symmacho aliam versionem asserit: Σ. καὶ ἐφευρόντες φυσήματα ἀδικα. Ceterum corruptum esse ἐφευρόντες, et cum ἐκφέροντες permutandum, colligo ex Syro nostro, qui praebet: Σ. καὶ ἐκφέροντες (μετά?) φυσήματα ἀδικα.

PSAL. XXIX. (Hebr. xxx.) 6. תַּחַת־כֶּבֶשׂ. O'. καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις. Parsonsius in Append. profert: Σ. εἰς δὲ τὸν ὄρθρον ἀρεταλογία. 264. Pro תַּחַת Symmachus usitate εὐφημίᾳ adhibet, a quo vocabulo ἀρεταλογία sensu non distare videtur. Sic in loco Sirac. xxxvi. 14. a me edito: πλῆσον Σιῶν ἀρεταλογίας σου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης σου τὸν λαόν σου. Aliter vocem ἀρεταλογία intellexit Syrus noster, qui hic affert: Σ. εἰς δὲ τὸν ὄρθρον Μετά τοσαν, *acceptio eloquii* (non, ut Bugatus, *acceptum eloquium*.)

PSAL. XXX. (Hebr. xxxi.) 3. נַעֲמָד בְּצַדְקָה. Esto mihi in petram pro-pugnaculi. O'. γενοῦ μοι εἰς θεὸν ὑπερασπιστήν. Hexapla hic silent. Cod. 264. habet: Σ. ἔστο μοι εἰς ἀκρότομον ἰσχυράν. Θ. γενοῦ μοι εἰς φύλακα κραταίωμα. Syrus noster: Σ. ἔστο μοι εἰς ὄρος (Ι; ΔΦΔ) ἰσχυρόν (nisi legendum ΙΔΦΔ, quod pro ἀκρότομον posuit Noster Aq. Symm. Hos. ix. 13. Symm. Psal. lxx. 3.) E'. γενοῦ (s. ἔστο) μοι κατοικητήριον (Ι; ΔΦΔ ΔΕ). Vid. Vers. Syro-hex. Nah. ii. 11.) *ἰσχυρόν*.

PSAL. XXXIV. (Hebr. xxxv.) 19. נֹזֵעַ עֵינָיו, (ne) nictent oculis. O'. καὶ διαινεύοντες ὁφθαλμοῖς. Syrus noster affert: A. moesti (μετάτοι) oculo. Σ. οὐ προσβλέψουσιν (s. μὴ προσβλεψάτωσαν) εἰς ἐμέ (εἰς ψυχήν με). Parsonsii Cod. 268. haec habet: Ἀκύλ. καὶ νεύματι διέσυραν ὁφθαλμῶν τὰ τούτου παιδεύματα; quae non tam pro ipsissimis istius interpretis verbis, quam pro explicatione eorum habenda esse quivis videt. Etiam hoc posito, haereo in vocabulo μετάτοι, quod cum μετάτοι, διασύροντες (cf. ad Jerem. l. 45.) permutandum esse suspicor.

PSAL. XXXVI. (Hebr. xxxvii.) 7. בְּאִישׁ עַלְהָ קַוְפֹּת, *in virum facientem fraudes.* O'. ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομάς. Ad haec verba Syrus noster ascripsit: Κακός εἰσιν. Bugati versio est, *iis qui pascuntur;* quae non uno nomine contra linguam peccat. Nimirum κακός in conjugatione Ethpeel *pastus est,* κακός vero in Ethpaal, *cogitavit, meditatus est,* sonat, et cum Graecis vocabulis, λογίζεσθαι, βονλεύεσθαι, φρονεῖν (Zach. ix. 2.) ἐνθυμεῖσθαι (Jesai. x. 7.) permutatur. Praeterea pro ψαλμῷ Psal. xxx. 14. Parsons. in Append. affert: O'. ἐβουλεύσαντο. A. ἐνενοήθησαν. Σ. ἐνεθυμοῦντο. 264. His perpensis, Syri notulam, quam non ad totam clausulam, sed ad unum vocab. τὸν πάτερα pertinere manifestum est, sic vertendam censeo: Σ. ἡ ἐνθυμεῖται. Idem Hebr. Aquila et Symm. τὰ ἐνθυμήματα verterunt Jerem. xxx. 24. li. 11.

PSAL. XLV. (Hebr. xlvi.) 9. “Male omissa est a Montefalconio sequens nota hexaplaris, quam e Catena PP. GG. T. I. p. 872. ἀντὶ δὲ τοῦ τέρατα, Ἄκυλας κατεργάσματα, ὁ Σύμμαχος, ἢ διεπράξατο, ita restituo: σύμμαχος ἔσται. Ο'. ἢ ἔθετο τέρατα. A. κατεργάσματα. Σ. ἢ διεπράξατο.” Schleusner. Opusc. Crit. p. 200. Caecum ducem hic quidem secutus est V. D. nam fragmenta haec ad praecedentia πατοδαπά κατεργάσματα pertinere demonstrari potest. Primum, quia Aquila pro πατοδαπά, κατεργάσματα adhibet Prov. viii. 22. Deinde Parsons. in Append. e Cod. 264. affert: A. κατεργάσματα κυρίου. Σ. διεπράξατο κύριος. Postremo Syrus noster pro τέρατα Aquilae vindicat πατοδαπά, ostenta; Symmacho autem μαρτυρεῖ (μαρτυρεῖ) cessationes s. abolitiones. Latina sunt Bugati: Graeca in medio relinquo.

PSAL. XLIX. (Hebr. l.) 11. שְׂרֵעַ עֲמָדֵי. *Et fera agri mecum.* O'. καὶ ὥραιοτης ἀγροῦ μετ' ἐμοῦ ἐστιν. Montef. ex Agellio profert: A. παντοδαπὰ χώρας. Pro παντοδαπὰ reponendum videtur παντοδαπά, quod cum eodem Hebraeo permutavit Aquila Jesai. lxvi. 11. Conjecturam meam confirmat Syrus, cuius nota est: A. et varietas (πατοδαπά) χώρας μετ' ἐμοῦ. E'. καὶ ὄναγρος ἀγρος μετ' ἐμοῦ ἐστιν. Etiam Hieronymus vertit, *et universitas agri.*

PSAL. LV. (Hebr. lvi.) 1. לְרוֹר יְזִינָה אֶלָּם רַחֲקִים עַל-מִנְגָּה. *Victori super columbam mutam remotorum (locorum) ipsi David.* Montef. ex Eusebii Comment. dedit: Σ. ἐπινίκιους ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς, ὑπὲρ τοῦ φύλου ἀπωσμένου τοῦ Δανιδ. Pro his ὑπὲρ τοῦ φ. ἀπωσμένου τοῦ Δ. quae vertit Montef. *pro tribu repulsa ipsius*

David, Syrus noster habet: μο! ιοι φεν! αΔψης ητε, Graece, ὑπὸ τοῦ φύλου αὐτοῦ ἀπωσμένου τοῦ Δ. quae Eusebianis emendatione videntur. Tertium exemplar versionis Symmachi protulit Schleusner. Opusc. Crit. p. 209. prout in Catena PP. GG. T. II. p. 86. legitur: κατὰ δὲ Σύμμαχον ἐπινίκιος ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς, ὑπὲρ τοῦ ἀλλοφύλου ἀπωσαμένου τοῦ Δ. notans: “Montef. edidit φύλον, quae est lectio aperte vitiosa. Davides h. l. ἀλλόφυλος appellatur, quia tunc temporis inter exterros, Philistaeos nempe, versabatur. . . . An autem ηλλάς hanc significationem habere possit, aliis dijudicandum relinqu.” Non sollicitandum φύλον, quod, teste Syro nostro, Symmachus pro ηλλάς dixit Psal. lvii. 2. vertendo: ἄρα ἀληθῶς, φύλον (αΔψης), δίκαια λαλεῖτε.

* Usum Syri nostri, Graecum vocabulum ἀπάτην per Syriacum  vertendi, ignorabat Rördam ad Jud. xv. 15. ubi, ut ipse fatetur, contra unanimam librorum fidem ἀπέκτεινεν edidit. Vid. LXX. 4 Reg. iii. 23. viii. 21. Jerem. xxxiii. 5. xl. 14, 15. Symm. Psal. lviii. 5. Idem

V. D. ad Jud. xx. 36. pro ἵπι νενίκηται dedit,
notans: "Ita in nullo cod. legitur. Codd. hex.
τετράπτωται habent." Hoc edendum erat. Sic
Dan. vii. 21. ἵπι pro τριπούμενος interpretatus
est Noster.

PSAL. LVI. (Hebr. lvii.) 5. מִתְבָּבָה לְאַבָּבָה בָּתָּזָק (נֶפֶשׁ). (*Anima mea*) in medio leonum: *cubo* (inter) *homines flamas spirantes*. O'. (καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μον) ἐκ μέσου σκύμων ἐκοιμήθην τεταραγμένος. Eusebius in Comment. affert: A. ἐν μέσῳ λεαινῶν κοιμηθήσομαι λάβρων. Σ. ἐν μέσῳ λεόντων εὐθαρσῶν ἐκοιμήθην. Aliter Ed. Rom. quam sequitur Drusius: Σ. εὐθαρσῶν ἐκοιμήθην μεταξὺ λεόντων. Theodoretus ad ἐκοιμήθην τεταραγμένος commentatus est: τοῦτο δ Θ. οὔτες ἡρμήνευσεν, ἐκοιμήθην μετὰ ἀναλισκόντων δ δὲ 'Α. μετὰ λάβρων δ δὲ Σ. μετὰ φλεγόντων. Montef. vocem εὐθαρσῶν vel ex alia versione, vel ex altera Symmachi editione petitam putat, Symmacho vindicans μεταξὺ λεόντων ἐκοιμήθην φλεγόντων. Syrus noster habet: Σ. ἐκοιμήθην μεταξὺ φλεγόντων. E'. ἐκοιμήθην μετὰ ἀναλισκόντων (לְכַדְּמָה אֲבָבָה). Quod vero ad εὐθαρσῶν attinet, si insititium est vocabulum, crediderim illud hue migrasse ex v. 2. ubi pro הַסְּפָרָה, O'. ἐλπιῶ, Syrus noster Symmacho tribuit נֵצֶחֶת, εὐθαρσήσω.

PSAL. LVIII. (Hebr. lix.) 9. מִבְּלָעֵג לְכַדְּמָה תִּלְעֵג. *Subsannabis omnes gentes*. O'. ἔξουδενωσεις πάντα τὰ ἔθνη. Montef. ex Eusebii Comment. edidit: Σ. ἐπιφράξεις (ἐπιφράξει Euseb.) πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Mendum, quod suspicabatur V. D. in vocab. ἐπιφράξεις, ex Corderii Catena correxit Bahrdtius, rescribendo ἐπιφθέγξῃ. Consentit Syrus noster: حَقْصَنْ حَسْكَنْ حَلْكَنْ حَلْكَنْ حَلْكَنْ حَلْكَنْ. Cf. Hexapla ad Hos. vii. 16. ubi pro δ ἐφθέγξαντο Syrus habet حَلْكَنْ?

PSAL. LXX. (Hebr. lxxi.) 24. בְּיַבְשָׂו כִּי רַעַתִּי קְבָקְשִׁי. O'. δταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντραπῶσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι. Lectiones Aquilae et Symm. sic exhibet Euseb. A. δτι κατησχύνθησαν οἱ ζ. κακίαν μον. Σ. δτι κατησχύνθησαν καὶ δτι ἀπωρύγησαν οἱ ζ. τὴν κάκωσίν μον. Duas versiones in unam contraxit Syrus noster: A. Σ. δτι κατησχύνθησαν, δτι κατωρύγησαν (חַסְכָּנָה), quod pro κατορύττειν ponitur LXX. Jerem. xiii. 7. Ezech. xxxix. 11. Amos. ix. 2. et Symm. Job. iii. 16.) οἱ ζητοῦντες τὴν κάκωσίν (חַסְכָּנָה) μον. In exemplari Eusebiano vocab. ἀπωρύγησαν, quod vulgo vertunt effossi sunt, mihi quidem valde suspectum est. Si Graecum est ἀπορύττειν, nihil aliud significare potest nisi canales (ἀπώρυγας) ducere, quod hic prorsus absonum est. Praeter hunc locum Montef. ad Jerem. xvi. 6. e Cod. Jes. exscripsit, οὐκ ἀπορυγήσονται, etsi diserte testatur Parsonsius, in dicto libro legi, οὐ κατορυγήσονται. Denique in loco Jer. 1. 12. ubi Hebr. בְּרַת, O'. ἐνετράπη, incertus interpres, a Theodoreto expressus, κατωρύγη legit.

